



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Quid spectandum in personis, quæ mouendæ sunt ad affectus. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

se affinem esse negat: utri creditis? Nominato tantum auctore, & reo, permotus rei indignitate populus, accusationem repulit: Tantum, vel mura eloquentia, cum auctoritate coniuncta, semper habuit ponderis.

*Quinta etas.*

*Plures archi in apoph.*

*Sexta eloquentiaris.*

V. Huic auctorati plurimum fauet ætatis maturitas, cui honor, & imperium naturæ ipsius calculo videtur attributum. Satis fuit Augusto ad tumultum inter nobilissimos iuuenes excitatum, protinus compescendum, dixisse. *Audite iuuenes senem, quem iuuenem senes audiuerunt.*

Hæc omnia eloquentia mirum in modum inserviunt.

VI. Iam quod caput est, ei, qui ad sublimes illos motus assurgere cupit, grandem esse oportet eloquentiam, acrem, neruosam, incitam, non quæ primo impetu fidat, & collabatur, sed quæ perpetuis innutrita rebus crescat, & fecunderetur. Accedere oportet vocem, neruos, & latera, quæ contentionem illam ferant, & in ardescens anion, velut flamas commode sustentent. Si quis ita est comparatus, ut hæc subfida, quam promptissima habeat, poterit dubio procul in ratione affectuum versari non infeliciter: sin contra, & auctoritas deest, & eloquentia, periculosum est aggredi: sunt enim è pelui (quod aiunt) fulgura, fulgores videlicet, ex vasculorum nitore vibrati, qui pueros tantum terrant, nō cendi vim nullam habent, quin post speciem quandam, & inanem pomparam grauitatis, soluuntur in risum. Sed ipsa sicut eloquentiae vis magna sit, desit tamen doctrinæ, & virtutis, ac carcerorum, quæ auctoratem conciliare solēt opinio, nescio, quo pacto grauiores personæ, non aguntur his moribus: quod indignum sua amplitudine existimat. Alienum, quo superiores ubique videri volunt, in suo pectori regnante, & quasi triumphantem admittere. Itaque succensent, quod ait Longinus, ὡς πάντες ἀφρούσι ὑπὸ τεχνίτου ἐντόπος σχηματίσις κατασυνοργόνθει, quod Alexander Phereus declarauit, qui Poetam multauit, & quo in tragedia Hecuba παντοκράτερον cōscripta, non nihil commotus, & ad miserationis affectus, à quibus ob singularem ingenij scutiam abhorrebat, fuit.

*rat infle-*

*xus.*

*Quid spectandum in personis, que mouenda sunt ad effectus.*

CAP V T V.

**S**pectandi verò sunt imprimis auditores, quos eis permouere, à quibus rei permanentia pender momentum; qui cum naturæ plerumque disiunctissimi sint, varijs quoque, & multiplices sortiuntur affectiones. Alij ad iras, & odia faciles miserationibus non magis mouentur, quam cautes Marpefex. Alij vitæ varijs boni, & à pīdāpītō, nec non pueri, & foeminae ad doloris, & misericordiae effectus, facilime impelluntur, ad iras, & odia languefcunt. Alij tenero quidem ingenio prædicti, sed longo terum ysu, atque affectuine firmati, vt nihil multum mirantur, sic neque miserantur. Alij toti sunt in rerum intelligentia, & eruditione perquirenda, graues, austeri, difficiles, à molliissimis illis affectionibus longè remoti. Alij denique naturæ ipsius, & educationis virio, quasi cornēs fibris (quod ait Poeta) eal tū, stupore magis, quam crudelitate nihil sentiunt. Dici non potest, quot sint hominum genera, & quam varie se habeant ad effectus: Idcirco prudentissimo oratori, diligenter erit obseruandum, quod cuiusque ferat stomachus.

Cognoscet autem, si inspiciat quale sit hominum, apud quos agat ingenium, qua educatione à tenero formati, quibus persuasiōnibus imbuti, quibus instructi moribus, qua ætate, quo sexu, qua conditione, & nonnumquam in priuatis, qua valetudine, habitudine corporis, denique, quo loco, quo tempore, accedit ad mouendum.

Primum igitur ingenium (vt superiori libro ostendit) infinitas habet varietates, vt non unum quidpiam homo videatur, sed multiplex, & in omnem partem versatile, vt ait Synesius.

Oīch ἀπλοῦντι χρῆμα οὐδὲ μονοῖδες Arcad. Inv. ἀνθεωθ. Αλλὰ σωσάστεν δ. θεος εἰστος περὶ ζῆς οὐσασιν, δχλον διωάμεσεν παμπήγη τε καὶ πάμφωνον, καὶ ἐπιμέν οἷον υδρας δηρίον ἀποτωτέρον, καὶ μᾶλλον τι πολεκτικόν.

Non enim simplex quidpiam, & uniformis naturæ homo est. Sed ad huius unius animalis constructionem, turbam quandam facultatum miscellanea m, atque omnigenara

coag.

coagumentauit Deus, & sumus (opinor) monstrum Hydra prodigiosius, pluribusque capitibus præditum: quæ varietas, siue à qualitate animæ, siue ab aetatis, siue ab humoribus corporis profluat, haud leuiter consideranda est.

II. Educatio, & consuetudo vitæ, altera profusa, &c, ut ait D. Augustinus, *affabricata natura*, quam consequitur obfirmata de rebus opinio, ad affectus, vel suscipiendo, vel repudiando incredibilem vim obtinet. Difficile est contra torrentem niti, & inueteratas longo temporum curriculo consuetudines euelle. Contra, facilium est ad ea homines impellere, quibus prima educationis cunabula assecuerunt. Spartanum sudori innutritum, & pulueri, ægre ad orium literarum compelles. Atticum Philologum libris imminiculum, haud facile in solem, & puluerem pertrahe. Ut pisces aquâ, sic familiarissimis quaque rebus, quasi propriorum elemento, delectantur. Quâquam si peruersa est consuetudo, non temper edendum est, sed eo summis obliuctandum, quo expugnatur difficultus. Sic D. Cyprianus in desideris Christianos, qui vim præua obtendebant consuetudinis. *Conuersatio* (inquit) *sine veritate, vetustas erroris est.*

*Cyprian. ad Pomp.*

*Atius, & tonatio.*  
*Phil. i. Allegor.*

Tertio loco sexus, ætas, conditio, perpendenda, atque examinanda sunt. Fœmina, quâ Philo cum appetitu comparat, plerunque affectus suscipit facilius, tenacius seruat, difficilis deponit, atque ejicit, rationibus oblucetur, res semel apprehensas, ob ingenij imbecilitatem, obfirmata fouet pertinacia.

Pueri, voluptarijs sensibus maximè titillantur. Iuuenes ad iras, & gaudia proniiores sunt: Senes difficultius mouentur. Adhæc conditio, & yta studia, vchementes habent in hanc, aut illam partem emisiones.

*Habitus corporis, & confluentio.*

Potremo habitu corporis, ex Physiognomia considerata, indolis speciem præfert: iuuat, & ipsa quoque constitutio, cum præseruimus alijs affectus sine sanorum, alijs ægrotantum, & nonnulli certis temporibus, & horis turbentur, quò sit, ut omnia circumstantiarum momenta, maturè discutienda sint, & ad personas diligenter accommodanda.

Apud doctos istos, & politicos viros, non sunt adhibendi molles & teneri affectus, vel etiam dolore incensi, ne solus vi toris inter frigidos, ac quiescos furie, & bacchari. Licuit Marco Tullio in Milioniana, apud populum, qui tunc his capiebatur illecebris, flebiles illos,

quos scimus affectus miscere. Apud viros graves, in curia, hoc præseruimus veneratorio facculo, si idem facere coneris, risum magis, quam lachrymas excitabis. Affectus potius sit, actimonia, & viuidi doloris, si quando adhæbendus est, quam inclinati, & v'lantis. Apud feros agrestes, & stupidos, si suaves, & lacrimabiles affectus, etiam numero profundas, idem facias, ac si apud tigres citharam pulsas, aut immanes balænas acu pungere, atque excitare velis. His voce, hic latribus, hic vasta quadam iracundia opus est. *Evt ipsa Pontem indignari videatur oratio.* [Soli animi simplices, & adhuc rerum rudes, profusiores illas miserationes lubenter admittunt, grauioribus vero iracundiae motibus, lus æquo cōsternantur.

#### De duabus affectuum radicibus, voluptate & dolore, & ratione mouendi.

#### CAPUT VI.

Qui solent in quotidianis orationibus occurrere, frequentius affectus sunt voluptatis, miserationis, doloris, & iracundia. Voluptas, & lætitia, floridas exornatiui generis orationes comitantur, in iudicijs, plerumque miserationes regnant, & iracundia.

Dubios autem modis comparatur *voluptas, verbis, & rebus. Res eae delectant auditores, quibus ipsi innutrir solent, & habent aliquod cum eorum natura commercium:* Et ita graues exsculptis sententijs, probi exemplis virtutum, studiosi arcans artij, quas tractant, quoad fieri poterit, pascendi sunt. Omnes, quantum occurret, rebus magnis, admirabilibus, insolitis excitandi: adhibenda quoque oratio lenis, mollis, sonora, numerosa, florida, varia, succulenta, carna- sa, arguta, læta; & cum res occurrit, sermo festiuitatis leporibus aspergendus, quibus multum voluptatis conciliare solent oratores. Satis quidem humana natura ad risus, *Ridicula in & delectationes prompta est, nec multum in motibus eo genere stimulanda:* Ne quæ debet esse *lætitia tem.* grauitas oratoris, in securilem quandam di- *perantia.* cxitatem degeneret. Permituntur oratori- bus ridicula nonnumquam, quibus tamen in-

Zz 2 star